



LATIN NYELVŰ LAP A TANULÓ IFJÚSÁG SZÁMÁRA

Prodit Budapesti, I. Lipótmezei-út 6. decies in anno.
Pretium praesolvendi annum 4 tinnuli 80 filleri.

Megjelenik Budapesten, I. Lipótmezei-út 6. tízszer
egy évben. Előfizetési ára évi 4 Pengő 80 fillér.

Quondam pro libertate, — nunc pro vita gentis.

Martius iam ab antiquis est mensis libertatis. Mense Martio expergiscuntur vires naturae, quae per hiemem obdormiebant. Mense Martio redeunt gramina campis. Mense Martio pecora, quae stabulis² hiemalibus clausa tenebantur, emittuntur in libera prata. Mense Martio cum renascente natura simul etiam hominum animi recreari cupiunt petuntque libertatem.

Ex antiquitate notissimus est ille anni a. Chr. n. quadragesimi quarti Martius, cuius Idibus pro periclitata³ libertate rei publicae C. Julius Caesar victima⁴ cecidit.

Nova aetas⁵ praeserlim anni millesimi octingentesimi duodequinquagesimi Martium certaminibus pro libertate motis clarum⁶ reddidit. Clarissima autem omnium horum certaminum sunt nostra Hungarorum. Nostrae vero novae libertatis exordium⁷ factum est ipsis Idibus Martiis.

At enim de quo genere libertatis tunc agebatur? Agebatur de terna libertate: de liberandis iobagionibus,⁸ de libertate preli,⁹ et de liberanda patria ab imperio Austriaco. Pro isto tertio genere libertatis, id est pro independentia¹⁰ Hungariae ab imperio Austriaco, etiam armis nobis dimicandum erat.

In illo bello tunc victi sumus et dehinc per septuaginta annos, quotunque celebrabamus Idus Martias, semper praesertim patriae libertas nostros animos stimulabat.

Ex quo denique in novissimo bello gentium¹¹ corruimus; ex quo atrocissima illa pax Trianonensis ipsum corpus Hungariae in quinque partes dilaceravit; ex quo avulsarum¹² quattuor partium Hungaros extirpari, nosmet ipsos autem nomine Hungaro in medio relictos, terminis¹³ Trianonensibus circumclusos, ad suffocandum¹⁴ condemnatos esse videmus: ex hoc momento, amici, iam non solum Idibus Martiis, sed quotidie; non solum in festivitatibus,¹⁵ sed etiam in laboribus quotidianis; non solum in regni comitiis,¹⁶ sed etiam in scholis agitur — *de vita gentis*.

Haec iuvenis Hungarus non solum interdiu vigil, sed etiam noctu in somniis mente et corde scire debet!

Pro vita gentis! — hoc sit adagium!¹⁷

¹ felébrednek ² téli istállókban ³ veszélyeztetett
⁴ áldozatul ⁵ az újkor ⁶ tette híressé ⁷ kezdete
⁸ a jobbágynak felszabadításáról ⁹ a sajtószabadságról
¹⁰ függetlenségről ¹¹ a legutóbbi világháborúban
¹² összerszakadtunk ¹³ a négy elszakított résznek
¹⁴ megfogtásra kárhoztatva
¹⁵ ünnepélyeken ¹⁶ országgyűlésen ¹⁷ jelszó.

Per.
Lat
020



EX ARCHIVO RELIGIOSO

Specimina¹ selecta e threnis,² id est
e lamentationibus Jeremiae
prophetae.

Et factum est, postquam in captivitatem redactus³ est Israel, et Jerusalem deserta est, sedit Jeremias propheta flens, et planxit⁴ lamentatione⁵ hac in Jerusalem, et amaro animo suspirans, et eiulans⁶ dixit:

/Cap. I. 1. aleph./ Quomodo sedet sola civitas plena populo; facta est quasi vidua⁷ domina gentium; princeps provinciarum facta est sub tributo.⁸

/2. beth./ Plorans ploravit in nocte, et lacrymae eius in maxillis⁹ eius; non est qui consoletur eam ex omnibus charis eius;

=====



Idibus Martii.

Ex quo regnum Hungariae et imperium¹ Austriacum, uti adagium² illud volebat, «indivisibiliter et inseparabiliter» sub unius eiusdemque principis regimine stabant, semper neglectis laesisque legibus Hungaricis et in servitium Austriae subacta patria nostra gubernabatur.

Providentia divina gravissimis his saeculis optimos viros, uti Franciscum Rákóczi, Ludovicum Kossuth, multosque minores dabat inclytac³ genti ad pugnas pro patria et libertate.

Libertatis cupiditas summa vi Idibus Martii anni 1848. erupit. Ducibus iuvenibus Martianis, nominatim Alexandro Petőfi, Mauritio Jókai, Josepho Irinyi, postulata⁴ gentis plebisque duodecim capitibus concepta sunt. Ista duodecim capitula⁵ Martiana cum *Gentilis Carmine*,⁶ quod eodem die Petőfi scripserat,

omnes amici eius spreverunt¹⁰ eam, et facti sunt ei inimici.

/12. lamed./ O vos omnes, qui transitis per viam, attendite¹¹ et videte: si est dolor sicut dolor meus? Quoniam vindemiat¹² me, ut locutus est Dominus, in die irae furoris sui.

/18. sade./ Iustus est Dominus, quia os eius ad iracundiam provocavi. Audite, obsecro,¹³ universi populi, et videte dolorem meum; virgines meae et iuvenes mei abierunt in captivitatemi.

(N. B. Hebraicum aleph = Graecum α; beth = β; lamed = λ; sade = σ; nun = ν; sunt simu' numeralia: 1, 2, 12, 18, 14.)

1 szemelvenyek 2 a kesergő énekekéből, vagyis Jer. próf. siralmaiból 3 fogásba hajtattott 4 sírántkozott 5 ezen siralommal 6 jajveszékelve 7 szinte özvegygé lett a 8 adófizetés alá jutott 9 könnyei az állandó lefolytak 10 megvetették 11 figyeljetek 12 még szedett engem 13 Istenre kérlek.

primi fructus liberi preli⁷ evaserunt. Status⁸ et ordines Hungarici novas leges tulerunt, quae plebis quoque iura tutar⁹ redditura⁹ fuerint. Leges illas rex Ferdinandus V. die 11. Aprilis sanxit.

Dominis autem aulae¹⁰ Austriacae dispercebant novae leges, praesertimque restituta Hungariae libertas. Itaque irritaverunt¹¹ suscitaveruntque contra Hungaros nationes¹² regni minores, nempe Sclavos, Valachos, Serbos et Croatos simulque armis Austriacis nos invaserunt.

Coacti sumus ad defendendam libertatem arma capere. Status et ordines auctore Ludovico Kossuth sumptus¹³ ad instruendum militiam gentis necessarios summo ardore¹⁴ decreverunt. Milites nostri mirabili fortitudine pugnabant; devicissentque haud dubio hostes internos et perfidos Austriacos, nisi externae legiones Russicae hostibus

1 császárság 2 jelszó 3 dicső 4 a nemzet követelményei 5 ez a márciusi tizenkét pont 6 s a Nemzeti dal 7 lettek a szabad sajtó első gyümölcssei 8 karok és rendek 9 biztosították 10 osztrák udvar 11 felingereték és fellázították 12 nemzetiségeit: a tótokat, oláhokat, szerbeket és horvátokat 13 költések 14 lelkesseléssel 15 szavazták meg.

(Cap. III. 40. nun.) Scrutemur¹⁴ vias nostras, et queramus, et revertamur ad Dominum.

(41. nun.) Levemus¹⁵ corda nostra cum manibus ad Dominum in coelis.

(42. nun.) Nos inique¹⁶ egimus, et ad iracundiam provocavimus: idcirco tu inexorabilis¹⁷ es.

(Cap. V. 1.) Recordare,¹⁸ Domine, quid acciderit¹⁹ nobis; intuere²⁰ et respice opprobrium²¹ nostrum.

(2.) Haereditas²² nostra versa est ad alios; ²³ domus nostrae ad extraneos.²⁴

(15.) Defecit²⁵ gaudium cordis nostri; versus est in luctum chorus²⁶ noster.

¹⁵ emeljük fel ¹⁶ helytelenül ¹⁷ kérlelhetetlen
¹⁸ gondolj vissza ¹⁹ hogy mi történt velünk ²⁰ nézz
 ránk és tekintsd ²¹ a mi gyalázatunkat ²² a mi örök-ségünk
²³ idegenekhez került ²⁴ külső ellenséghoz
²⁵ elfogyott ²⁶ gyászra fordult a mi táncos kedvünk ¹⁴ vizsgáljuk meg utainkat.

nostris auxilio venissent. Quid vero nos pauci, etsi fortissimi, contra tantas copias armatas facere potuimus?! Nemini nostrum ignotus est belli pro libertate gesti tristis exitus: deposita arma apud Világos, et 13 martyres *Aradienses*.

Populus Hungaricus nonnisi post duo decennia, anno 1867., cum rege Francisco Josepho I. in gratiam rediit. Ex illo tempore florere coepit patria nostra: at post *bellum gentium*¹⁶ atrocissimum (1914–18.) *pacto Trianonensi* retrusi sumus in tam iniustas miseras, quibus pares¹⁷ mundus nondum viderit. Dilacerata¹⁸ est Hungaria, partesque potissimae factae sunt praeda eisdem hostibus, contra quos iam et anno 1848. pro libertate pugnabamus.

Populus Regni Hungariae attamen invicta fide et infracta spe luctabit¹⁹ porro et pugnabit contra iniuriam Trianonensem. Credimus expectamusque regni resurrectionem a iustitia Dei omnipotentis et a virtute iuventutis.

Ludovicus Korenchy
disc. VIII. cl. gymn. real.

¹⁶ világháború ¹⁷ melyhez foghatót ¹⁸ szétmarcangoltatott ¹⁹ küzdeni fog.

EX AUCTORIBUS ROMANIS

De caede Julii Caesaris.

(Caii Svetonii Tranquilli caesarum XII vitae:
Divus Julius Caesar.)

*Caput LXXVI. Praegravant¹ tamen caetera facta dictaque eius, ut² abusus dominatione et iure caesus existimetur. Non enim honores modo nimios³ recepit, ut continuum consulatum, perpetuam dictaturam, praefecturamque morum, insuper praenomen *imperatoris*, cognomen patris patriae, statuam inter reges, suggestum⁴ in orchestra: sed et ampliora⁵ etiam humano fastigio⁶ decerni sibi passus⁶ est: sedem auream in curia et pro tribunali,⁷ thensam⁸ et ferculum⁹ circensi pompa, templa, aras, simulacra¹⁰ iuxta deos, pulvinar,¹¹ flaminem,¹² Lupercos,¹³ appellationem¹⁴ mensis e suo nomine...*

Caput LXXII. Nec minoris praepotentiae¹⁵ voces propalam edebat, ut T. Ampius scribit: «Nihil¹⁶ esse rempublicam, appellationem modo sine corpore ac specie;... Debere homines consideratus¹⁷ iam loqui secum, ac pro legibus habere, quae dicat».

*Caput XXC... Subscripsere quidam L. Bruti statuae: *Utinam viveres!* Item ipsius Caesaris statuae: *Brutus, quia reges eiecit, consul primus factus est; hic, quia consules eiecit, rex postremo factus est.* Conspiratum est¹⁸ in eum a LX. amplius, C. Cassio, Marcoque et Decio Bruto principibus conspirationis. Qui primi cunctati, ... postquam senatus *Idibus Martiis* in Pompeii curiam edictus est, facile tempus et locum praetulerunt.¹⁹*

¹ túlsúlyban vannak mégis ² annyira hogy ³ szer-földött sok tisztséget vett fel ⁴ emelvényt a játék-néző helyen ⁵ a maga számára az emberi magasságot túlhaladó intézményezésekkel ⁶ jó néven vett ⁷ törvényszék ⁸ szentséghordozó szekeret ⁹ circus-pompával való körülhordoztatást ¹⁰ szoborképmásait az istenek mellett ¹¹ áldozati vánkost ¹² papot a maga szentségének ¹³ a Pánéhoz hasonló papokat magának ¹⁴ hónapnak saját nevéről való elnevezését ¹⁵ nem kismérvű túlhatalmaskodás szavait hallatta ¹⁶ semmi a köztársaság, csak elnevezés test és alak nélküli... ¹⁷ megfontoltabban ¹⁸ összeesküdtek ellené több mint 60-an ¹⁹ készségesen találták megfelelőbőnek

Caput XXCI. Sed Caesari futura caedes evidentibus prodigiis²⁰ denuntiata est... Et immolantem²¹ haruspex Spurinna monuit: caveret periculum, quod non ultra *Martias Idus* proferretur. ...Ob haec, simul et ob infirmam valetudinem diu cunctatus, an se contineret,²² et quae apud senatum proposuerat, agere differret: tandem Decio Bruto adhortante, ne frequentes ac iam dudum opperientes²³ destitueret, quinta fere hora progressus est, libellumque insidiarum indicem,²⁴ ab obvio quodam porrectum, libellis caeteris, quos sinistra manu tenebat, quasi mox lecturus,²⁵ commiscerit. Dein... introit curiam... Spurinnam irridens et ut falsum²⁶ arguens, quod sine ulla noxa *Idus Martiae* adessent; quamquam is venisse quidem eas diceret, sed non praeteriisse.

Caput XXCII. Adsidentem conspirati specie officii²⁷ circumsteterunt: illicoque Cimber Tullius, qui primas partes²⁸ suscepserat, quasi aliquid rogaturus, propius accessit, renuentique²⁹ et gestu in aliud tempus differenti ab utroque humero togam apprehendit, deinde clamantem: «*Ista quidem vis est !**» alter e Cassiis adversum³⁰ vulnerat, paullum infra iugulum.³¹ Caesar Cassii brachium arreptum graphio³² traiecit, conatusque prosilire alio³³ vulnere tardatus est. Utque animadvertisit undique se strictis pugionibus peti,³⁴ toga caput obvolvit; simul sinistra manu sinum ad ima crura deduxit,³⁵ quo honestius³⁶ caderet, etiam inferiore corporis parte velata. Atque ita tribus et viginti plagis³⁷ confosus est, uno modo, ad primum ictum, gemitu³⁸ sine voce edito. Etsi tradiderunt quidam Marco Bruto irruenti dixisse: *Kαὶ σὺ εἶ ἐκείνων, καὶ σὺ, τέκνον ?! /Et tu es inter istos, et tu, mi fili ?! /*

²⁰ csodajelek is előre jeleztek ²¹ mikor áldozatot mutatott be ²² otthon maradjon-e ²³ nehogy a várakozókat cserbenhagyja ²⁴ a merényletet jelző jegyzéket ²⁵ azzal, hogy majd elolvassa, a többihez keverte ²⁶ mintegy tévesnek cáfolva ²⁷ tisztességtádás látszatával ²⁸ a főszerepet vállalta vala ²⁹ amint az visszaintette ³⁰ szemben ³¹ a torka alatt ³² az íróvesszővel átszúrta ³³ egy második seb visszanyomta ³⁴ hogy mindenfelől kivont törökkel támadják ³⁵ lába aljáig letolta ³⁶ hogy annál illendőbben bukjék el ³⁷ döfessel összeszűrták ³⁸ csak egyet sóhajtva *«De hiszen ez erőszakos merénylet!»

EX ARCHIVO LATINO HUNGARORUM

Petri Ransani episcopi Lucerini epitome¹ rerum Hungaricarum.

Petrus Ransanus Siculus episcopus Luce-rinus² divo Mathiae Hungarorum regi potentissimo ac sapientissimo utriusque³ vitae felicitatem !

Petri Ransani Siculi, theologi atque historici, Lucerini episcopi annalium omnium temporum liber primus et sexagesimus feliciter incipit. Cuius sunt Indices⁴ septem et triginta.

Index II., quo describitur Pannonia.

(Comitatus)⁵ Pilisiensis Danubio propinquat. Montana regio est, et tota vitifera;⁶ cum tamen solum eius sit sulfureum,⁷ fit ut vina quae fert, sint et ipsa sulfurea.

E multis eius agri locis aquae manant⁸ calidae, quarum nonnullae humanis aegris corporibus salubres⁹ sunt.

Ad eum comitatum pertinet utraque Buda, vetus et nova penes Danubium posita...

Et ab illa veteri ea, quae dicitur nova Buda, nomen accepit. Deleta namque illa vel bello vel alio eventu adversae¹⁰ fortunae, reliquiae¹¹ civium inde excedentes commigraverunt¹² ad locum, qui illis est visus natura munitior;¹³ ubi posuere sedes, ac paulatim aedificando eo perducta¹⁴ est res eorum, ut urbem tandem, etsi parum¹⁵ amplam,

¹ rövid foglatatja ² luceriai ³ minden két életbeli boldogságot! ⁴ fejezete 37 van ⁵ Pilis-megye ⁶ szőlőtermő ⁷ minthogy talaja kénés ⁸ meleg vizek fakadnak ⁹ egészséget hoznak ¹⁰ balsors ¹¹ a maradék polgárok ¹² átkötöztek ¹³ erősebb fekvésűnek látszott ¹⁴ oda szállították át vagyonukat ¹⁵ kevésbbé terjedelmes.

pulchram tamen nobilemque condiderint, quam ab antiqua patria nominaverunt.

In illa veteri Buda, quae vicatim¹⁶ hodie habitatur, basilica quaedam est aedificiis opereque atque artificio superba¹⁷; digna profecto, quae non in illo loco paene deserto, sed in quavis egregia urbe fuisse ercta.

Praeest ei praepositurae¹⁸ titulo Franciscus cognomine *Mester*, natione hungarus, qui bonarum artium¹⁹ et humanitatis²⁰ praesertim callet²¹ notitiam. Ideoque et in soluta oratione,²³ et in componendis carminibus eius est elegans²² ingenium.

Nec est praetermittendum,²³ quod ibidem est virginum ordinis beati Francisci monasterium,²⁴ cuius magnitudini,²⁴ aedificiorumque magnificentiae ac pulcritudini multitudinique pretiosarum rerum divino pertinentium cultui, pauca puto²⁵ esse in orbe Christiano eiuscmodi virginum coenobia²⁶, quae huic possent anteferri.²⁷

Supra eandem Budam in eadem Danubii ripa exstant adhuc vetustissimae cuiusdam urbis vestigia, referentia²⁸ magnum muri ambitum: Sicambria is locus vocitatur...

Haud multo supra penes quoque Danubium est Visegradum, oppidum quondam nobile; hodie, ubi situm antea fuerat, aedicata est a divo Mathia regia,²⁹ veteribus quibusvis eius generis aequanda³⁰ aedificiis.

Inminet³¹ ei loco mons, in cuius vertice posita est arx, ubi asservatur diadema³² illud apud Hungaros sacrum, quo solent eorum reges coronari.

¹⁶ utcákra osztra ¹⁷ búszke ¹⁸ prépostsági címmel ¹⁹ a művészteknek ²⁰ és az emberi műveltségnek ²¹ érti ismeretét ²² kiváló az ő tehetsége ²³ azt sem szabad hallgatással mellözni ²⁴ nagyságához, stb.-hez fogható ²⁵ úgy vélem, kevés ²⁶ ilyenféle női szerzet van a kereszteny világban ²⁷ elője tehető volna ²⁸ amelyek nagy falterületet mutatnak ²⁹ királyi kastélyt épített M. ³⁰ bármely régi építéményhez foghatót ³¹ ezen hely fölre hegy meredezik ³² fejdísz ³³ folyóbeszédben is, verselésben is ³⁴ Szent Ferenc-rendi apácáknak monostora.



Blasius¹ Nasutus.

Blasius Nasutus¹ semper aliquid vilipendebat;² semper aliquem vituperabat.³

Blasius Nasutus irridebat⁴ vicinum, quod nomen esset ei *Niger*, cum rufos⁵ haberet capillos; et alterum vicinum *mutum*,²¹ cui nomen erat *Cantor*.

Blasius Nasutus laudabat lunam, quia noctu lucet in tenebris; at obiurgabat⁶ solem, quia lucido die prodigit⁷ lucem.

Blasius Nasutus die quodam exit in agrum. In margine agri caulis⁸ cucurbitae longus repit in veprem. De caule tenui⁹ dependet cucurbita¹⁰ valde magna.

Blasius Nasutus in fine agri recumbit¹¹ sub umbra ingentis quercus et diu cernit¹² ex robustis ramis arboris pendentes glandes parvulas.¹³

Blasius Nasutus iam etiam ipsius Creatoris prudentiam illudit.¹⁴ Cur Deus tam tenui cauli cucurbitaceo non parvas glandes dedit? Cur Deus non robustam quercum tanti ponderis cucurbitas ferre iussit?

Dum Blasius Nasutus haec meditatur,¹⁵ decidit repente glans de cacumine quercus, tantaque vi ferit¹⁶ Nasuto nasum,¹⁷ ut statim sanguis ei profluat¹⁸ e naribus.

«Vae mihi! — ingemit Nasutus Blasius — Si nunc cucurbita illa ponderis semicentennarii¹⁹ mihi nasum percussisset, actum²⁰ esset non solum de naso, sed etiam de capite meo!»

¹ Nagyokos Balázs ² ócsárolt valamit ³ gyalázott valakit ⁴ gúnyolta ⁵ holott vörös haja van ⁶ szidta ⁷ tékozolja ⁸ egy hosszú tök kindá kapaszkodik egy bokorra ⁹ a vékony indáról ¹⁰ tök ¹¹ lefekszik ¹² szemléli ¹³ függő makkszemeket ¹⁴ kicsífolja ¹⁵ ezeken tünödik ¹⁶ üti meg ¹⁷ az orrát ¹⁸ kibugy-gyan a vér az orr likaiból ¹⁹ félmázsás súlyú tök ütötte volna meg ²⁰ vége volna nemesak az orromnak, hanem a fejemnek is ²¹ néma,

EX DIURNIS

Domus septuagintaquinque contignationum.¹ Chicagine, in oppido Americae Septentrionalis, nunc struitur² novissimum monstrum³ aedificiorum. In via Michigani domus aedificatur septuagintaquinque contignationum. Domus ista undeviginti contignationibus superabit illam adhuc altissimam domum Americanarum, quae *nubila ferientes*⁴ dicuntur, scilicet *Domum Woolworteianam* (Woolworth House) in oppido Newyork. Amplectetur⁵ haec domus inter alia hospitibus⁶ recipiendis cubilia⁶ mille, plusquam centum cancellarias,⁷ permagnum numerum tabernarum,⁸ et cetera. Explebunt sumtus⁹ aedificandi quingenties centena milia dollarorum.

Tesserarius¹⁰ vecturae electricae ad iuris doctoratum promotus.¹¹ Singulare¹² tenacis¹³ industriae exemplum praestitit iuventuti studiosae iuvenis quidam nomine *Iosephus Czira*. Iste iam altero anno Budapesti iura discebat, cum paupertas eum uniforme¹⁴ tesserarii vecturae electricae vestimentum¹⁴ induere coegit: at non ut incepta studia omittaret, sed multo magis ut eadem absolvere posset. Iuvenis sedulus quotidie a quinta hora matutina usque ad octavam in curribus¹⁵ electricis tesseras¹⁶ vectoribus¹⁷ distribuebat. Inter octavam atque primam pomeridianam¹⁸ praelectiones magistrorum in universitate audiebat diligentissime. A prima usque ad tertiam domi discebat. A tertia hora pomeridiana usque ad vesperas iterum in curru electrico servitium¹⁹ praestabat. Nocturnis denique horis plurimam operam studiis dabat, minimumque temporis quieti. Per quattuor annos laboriosam hanc vitam agebat Josephus Czira. Absolutis demum studiis nunc die 22. Martii regia Hungarica Scientiarum Universitas Petro-Pázmánea promovit²⁰ eum recepitque²⁰ inter iuris doctores.

Longa hiems. Continua²¹ duravit hiems paene per totum mensem Martium cum frigore aspero. Sero glacies fluviorum rupta defluit et tarde liquefiebant²² nives. Sanctus

Iosephus (19. Martii) non solum violas nullas, sed ne galanthos²³ quidem nivales protulit; nec Benedictum (20. Martii) hirundines²⁴ ciconiaeve benedixerunt. Inter haec mala profuit²⁵ id unum, quod nivibus paulatim liquefientibus nullae vastaverunt inundationes²⁶ vallium agros.

1 hetvenötemletes 2 épül 3 csodája 4 felhőkarcolóknak 5 magában foglal majd 6 vendégszobát 7 irodahelyiséget 8 üzlethelyiségek 9 az építési költések 10 villamosvasúti jegykezelő (kalauz) 11 jogi doctorrá avatva 12 páratlan példáját 13 a kitartó szorgalomnak 14 egyenruháját 15 a villamos kocsikon 16 a jegyeket 17 az utasoknak 18 délután 19 teljesített szolgálatot 20 avatta és fogadta 21 szakadatlanul 22 olvadtak 23 kikeleti hővírágot 24 fecsék, sem gólyák 25 az az egy haszon volt 26 áradások.



Cingarus scelus commiserat; itaque a custodibus¹ publicae securitatis in carcerem deducebatur.

Occurrit cingaro vir quidam notus, qui per iocum:² «Quo tendis³ — inquit — cingare?»

Respondet ei cingarus aequo⁴ animo: „Eo venatum.⁵

Tunc ille mendacis cingari mentem turbaturus⁶: «Quid⁷ isti viri armati, qui te insequuntur? !»

Cingarus superbe:⁸ „Isti domini mea tela⁹ venatoria mihi ferunt.“

Alexius Czuppon.

Caupo providus.¹⁰ Medicus quidam doctus orationem habebat ad populum verbisque alacribus¹¹ depingebat, quam noxiūm¹² esset vinum et quodlibet genus alcoholici¹³ potus et corpori et menti... .

Orationem magna multitudo hominum audiebat. In multitudine stabat etiam caupo

1 rendőr 2 tréfából, incselkedve 3 hová igyekszel 4 nyugodt lélekkel 5 vadászni 6 hogy zavarba ejtse 7 hát ezek...? 8 büszkén 9 vadászfejgyvereimet hozzák utánam. 10 az előrelátó korcsmáros 11 élénk szavakkal vázolta 12 ártalmas 13 a szeszes italnak.



quidam cum amicis hospitibus, qui multos per annos quotidie apud eundem cauponem potaverant.

Attoniti¹⁴ nunc dissertationes viri doctissimi audiunt. Qui ubi ad finem peroravit,¹⁵ increpant obiurgantque¹⁶ potatores *amicum* cauponem de improbitate,¹⁷ quod sibi tantum *veneni* dedisset . . .

Caupo aliquamdiu tacitus tolerabat iuria.¹⁸ Sed cum unus ex amicis eum interrogasset: nonne mala conscientia nunc ex-cruciaretur,¹⁹ «Evidem cruciarer sumimopere, — respondit — nisi providus fuisse... At ego semper providus, percautus²⁰ et circumspectus eram caupo; itaque ne vitam vobis breviorem facerem, neve animam vestram corrumperent, — mero²¹ semper satis multum aquae admiscebam.»

Alexius Czuppon.

Ore puerili.²² Avunculus hospes ad malesalsum²³ fratris filiolum: Noli semper saccharum²⁴ rodere, mi fili; ne tibi dentes corrumpantur. Vide materculam tuam, quam pulchros habeat dentes! Certe ea nunquam saccharum rodebat.

Puer : Valde erras, si hoc putas. Matercula quibuscumque noctibus in aqua servat dentes ; ideo tam pulchri sunt.

Prisca Morgos.

In schola. Vehiculum,²⁵ quo quisquiliae²⁶ domesticae ex urbe exportari solent, prope scholam sistitur et auriga tintinnabulo²⁷ signum dat, ut ancillae²⁸ quisquiliis ex dominibus ad vehiculum efferant.

Signo auditu discipulus quidam, omnium
nequissimus,²⁹ — quamquam haud ignorabat,
quem ad finem signum datum esset — petu-
lanter³⁰ exclamavit: Tintinnatum est!³¹

Cui magister: Ita est; sed tantum quis-
quiliis! *Alexius Czuppon.*

Alexius Czuppon.

Piscator quidam hamat³²... Ignoti consistunt prope eum et diu exspectant, si pisces

14 megdöbbenve 15 mikor ez beszédjének végére
ért 16 felelősségre vonják 17 lelkiismeretlenségréért
18 a szemrehányásokat 19 nem gyötri-e a rossz
lelkiismeret 20 óvatos és körültekintő 21 a színbor-
hoz... kevertem 22 gyermekszájjal 23 rossznyelvű
24 ne rágyi cukrot 25 a székér 26 házi személy
27 csengővel 28 a szolgálók 29 a leghasztalanabb
30 neikosz 31 eszettákkal 32 horgászik

capiat... At frustra! Denique unus exspectationis taedio³³ motus: «Nihil — inquit — plus vecordiae³⁴ est, quam talis piscatus!»

Ad quem piscator: „Vehementer erras. Multo maior est recordia — talem piscatum spectare.’ *Alexius Czynnon*

Alexius Czuppon.

³³ megúnva a várakozást ³⁴ nincsen nagyobb gyöt-relem.

Solutiones aenigmatum Numeri 5.

- I. *Acervus magnus auri puri.*
 - II. *Nulla salus bello; pacem te poscimus omnes.*
 - III. *Quo quis sapientior est, eo solet esse modestior.*
 - IV. *Candida pax homines, trux decet ira feras.*
 - V. *Non scholae, sed vitae discimus.*
 - VI. 1. *furfur* — 2. *murmur* — 3. *turtur.*
 - VII. *Opus, vis, ira, donum, iter, umbra, soror.* —
Ovidius.

Aenigmata Numeri quinti recte
dissolverunt:

Veszprémienses: Helena Szakáts, discipula IV. cl. gymn. — Stephanus Bilustyák, Franciscus Szabó, Josephus Faubl, Josephus Albrecht, Stephanus Frühbauer, Egonius Riedl, Eugenius Bokrossy, Andreas Világhy, Joannes Leiker, Ladislaus Tóth, Stephanus Schmidt, Ladislaus Horváth, Ladislaus Ránzay, Michael Petrák, Franciscus Szelmayer, Ladislaus Vörös, discipuli V. cl. gymn.; Josephus Osvald, Joannes Nagy, Adalbertus Vörös, disc. IV. cl. gymn.; Eugenius Molnár, Josephus Gácser, discipuli III. cl. gymn.; Adalbertus Nagyváthy, Alexius Karsay, Franciscus Zumbok, Alexander Karsay, discipuli II. cl. gymn. — *Sabarienses*: Ladislaus Békefi, discipulus VI. cl. gymn. et Carolus Langhammer, discipulus IV. cl. gymn. — *Miskolcienses*: Julius Földváry, Tibortius Kovács, Ladislaus Bank, Stephanus Gömöri, discipuli classis II. B. gymnasi regii catholici. — *Debrecenienses*: Laurentius Kesztyűs, Antonius Kölcsey, Albertus Porkoláb, discipuli classis V.B. gymnasii reformati. — *Quinque-Ecclesiensis*: Stephanus Weisz, discipulus V. cl. gymnasii realioris. — *Szekszárdiensis*: Julius Barakovits, discipuli VIII. cl. gymn. realioris. — *Keszthelyiensis*: Nicolaus Rosenberg, disc. VI. cl. gymn. realioris. — *Budapestini*: Dionysius Jurenák, discipulus VII. cl. gymnasii publici Matthiani. — Susanna Kauser, Catharina Malán, discipulae VII. cl. thygatrogymnasii Sophiani.

A E N I G M A T A.

I.

Decanus senex facultatis philosophicae litteraeque in quadam universitate dignos atque indignos versibus elegantissimis solebat cele-

brare. Displiebat hoc rectori; itaque data occasione hexametro, uti sequitur, imaginibus expresso illum, ne id faceret, admonuit:



II. Ad saltum equulei dat distichon:

tur	ver	le	×	tum	si	dat
gne	flo	hi	stas	ma	sa	nus
prae	va	i	mo	mes	au	bus
res	ems	bet	Po*	ae	for	est

(ab Helena Vadasdy et Prisca Katona).

III. Quadratum hocce occultat syllabus, quae ad saltum equulei et prorsum et retrorsum lectae eodem hexametro consilium prudens exprimant.

Quid hoc consilium?

(Alexius Czuppon.)

A*	ma	mit	×
ro	ti	nam	nec
psa	spi	ar	tit
mor	ra	i	ce

IV. (ab Alb. Porkoláb).

- 4, 1, 14, 3, 6 = animal domesticum
- 23, 9, 16, 18, 1 = ubi gladiatores certabant
- 7, 13, 15, 19, 5, 2 = praepositio
- 10, 8, 21, 26, 23 = quam matrem Brutus oscula-
- 24, 1, 17, 30, 12 = praenomen Romanum [vit]
- 29, 20, 27, 25, 31 = talis puer primae aetatis
- 28, 22, 11, 21 = sic.... ad astra
- 1 — 31 = proverbium

V. syllabis sequentibus: A, ca, ci, ctra, cur, E, E, gos, I, le, Ly, ma, nae, no, non, phon, Pla, ris, Ro, rus, Si, Ta, the, to, tus, Xe, componenda sunt nomina hisce circumscripta:

1. philosophus Graecus (2 syll.)
2. urbs Italiae (2 syll.)
3. urbs Graeciae (3 syll.)
4. rerum scriptor Gr. (3 syll.)
5. filius Daedali (3 syll.)
6. rerum scriptor Rom. (3 syll.)
7. dea rixarum (2 syll.)
8. legislator Spartae (3 syll.)
9. filia Agamemnonis (3 syll.)
10. fraudator Graecus (2 syll.)

Litterae horum nominum initiales deorsum lectae nomem reddunt praeclari sculptoris Graecorum.

(a Nicolao Rosenberg).

Constructor ephemeridis: JOSEPHUS IRSIK.

Budapest, I., Lipótmezei-út 6.

ad quem litterae quaecunque mittantur.

Administratio ibidem.

Sumptibus Societatis Magistrorum Intermedi-
scholarium Catholicorum. — A Katholikus
Középiskolai Tanáregyesület költségén.

(Praeses: STEPHANUS ACSAY DR., elnök.)